



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalium Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

18. De confessis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

Sequester non potest sequestrum susceptum depone-
re, Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 167. n. 28. & 29.*
liberatur tamen tradendo rem apud se sequestratam
de mandato iudicis, Gregor. l. 3. *verbo, nomen, tit. 3.*
p. 5. Menoch. *de arbit. casu 137. n. 13. & conf. 68. n. 13.*
8 Gutier. *pract. lib. 1. q. 81. n. 4. & q. 113. n. 1. interim ve-*
rò quòd rem habet apud se sequestratam, salarium
debet habere, Rebuff. *ad leg. 109. ff. de verb. signif.*
pag. 441. Gutier. *de tutel. p. 3. c. 7. n. 9. cum seqq.* Perez
lib. 1. tit. 10. lib. 3. Ordin. pag. 662. Azeved. l. 13. n. 3. tit. 9.
lib. 3. Ordin. pag. 354. Ioan. Garc. *de expens. c. 20. n. 14.*
Flores de Mena *var. lib. 1. q. 7. §. 3. n. 20.* Cald. Pereira
9 d. q. 21. n. 5 & apud nostros Lusitanos salarium se-
questri est vigesima pars pretij rei sequestrata,
Melch. Phœbos *Lusit. decisionum, tom. 1. Aresto 26.*
Sic etiam sequestrarius repetit omnem impensam à
sequestrante, quam fecit in conservatione rei seque-
strata, Surd. *de alim. tit. 1. q. 70. n. 6. & 8.* & retinere po-
test rem ipsam pro melioramentis, Rebuff. *ad l. 117.*
ff. de verbor. signif. pag. 460. & tunc tenetur de leui cul-
pa, idem Rebuff. *in tract. except. n. 776.*

10 Sequestratis bonis, eorum dominus ex ipsis sub se-
questro positus ali debet, Lar. *in l. si quis à liberis, §. si*
vel pater, n. 45. & §. 1. ff. de liberis agnos. Surd. de ali-
ment. tit. 1. q. 11. n. 22. & q. 123. & q. 129. n. 2. Menoch.
de arbit. lib. 1. q. 35. n. 23. Rebuff. *tom. 1. ad leges Gallie,*
tit. de sentent. provis. n. 116. Valasc. *consult. 1. n. 1. & 2.*
Alex. *Trentacinq. var. resolut. lib. 1. tit. de alimentis, res. 1.*
n. 39. Castill. *quorid. lib. 3. c. 27. n. 44.* Cald. Pereira d.
q. 21. n. 8. Bernard. Græuæ. d. lib. 1. *concl. 148. n. 2. vbi*
n. 2. agit de sumptibus litis, de quo etiam Castil. d.
c. 27. n. 37.

SYMMARIVM.

- 1 Possessor si appellat à sententia contra eum lata, &
dissipat fructus lite pendente, fructus possunt se-
questrari.
- 2 Appellatione pendente si appellans dissipaverit fructus,
possunt sequestrari.
- 3 Sequestratio propter bonorum dissipationem admit-
titur.
- 4 Dissipatio non presumitur, sed ab allegante debet
probari.

CAP. Ab eo. III. & ult.

Gregor. I X.

- 1 Possessor si appellat à sententia contra se lata, &
dissipat fructus lite pendente, fructus possunt
sequestrari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc.
Collect. Zabab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan.
Panorm. Anchar. Host. Butr. Sahagun, Bald. Cujac.
Vinian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 120.*
Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 248.* remissive Xi-
men. *in concord. p. 1. & 2.*
- 2 Si dissipentur ab ipso. 1 Notatur ad hoc quòd pen-
dente appellatione si appellans dissipaverit fructus,
possunt sequestrari, de quo est ordin. Regia Lusitan.
lib. 3. tit. 73. §. 2. & apud Castellanos l. 6. tit. 8. p. 3. Lan-
celot. *de attent. c. 12. limit. 12. n. 14.* Bernard. Græuæ *ad*
practicam Camera Imper. lib. 1. conclus. 145. confid. 1. Pe-
rez l. 1. *gloss. 1. vers. quæro 10. tit. 10. lib. 3. Ordin. pag. 663.*
Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 14.* Valasc. *conf. 156.*
num. 9. Cald. Pereira *quæst. forens. lib. 1. q. 120. à n. 32.*
Mendez à Castro *in praxi Lusit. lib. 2. c. 11. n. 17.* Ad-
3 mittitur enim sequestratio propter bonorum dissipa-
Tom. I.

tionem, Specul. *sub tit. de sequestro, n. 6. pract. Ferrar.*
de forma sequestri, n. 1. Mascard. *de probat. concl. 148.*
n. 20. Cald. Pereira d. q. 1. n. 36. Carot. *de sequest. p. 2. q. 2.*
n. 40. Quod si detur timor dissipationis: vide Pa-
norm. *hic n. 22.* Vestr. *ad pract. Rom. Curia lib. 8. c. 4. n. 3.*
Herculan. *de attent. c. 5. n. 7.* Lancelot. *ead. tract. p. 2. c. 12.*
ampliat. 12. n. 15. Carot. d. q. 2. n. 6. Bernard. Græuæ. d.
lib. 1. concl. 147. n. 4. Cabed. *de patronatib. Regia Coronæ,*
c. 51. n. 2.

Dissipatio non presumitur, sed ab allegante debet
probari, vt per Canalcen. *decis. 37. n. 34. p. 1. & decis. 23.*
n. 20. Mascard. *de probat. concl. 129. n. 4.* Bernard. Græ-
uæ. d. *concl. 147. confid. 1.* Et quo pacto probetur, disse-
rit Mascard. *concl. 515.*



De Confessis.

TIT. XVIII.



UPER hanc rubr. scripserunt Collect.
Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan.
Panorm. Anchar. Butr. Guillelm. Du-
rand. *in breuiario aureo iuris Canon. fol. 59.*
vers. Ioan. de Londris *in breuiario san-*
ctorum Canon. fol. 168. Petr. de Rauenna *in compendio*
iuris Canon. Martin. Meluatt. in epitome Decretali
fol. 64. Dan. Venator *in analysi method. iuris Pontif. à*
pag. 234. Goffred. & Host. *in summ. huius tit. Alex.*
Castan. & Anastaf. Germon. in paratulis ad quinque
libros Decret. Barthol. Carthag. in exposit. titul. iur.
Canon. Zipæ. in analytica postremi iuris Ecclesiast.
enarrat. pag. 35. nonissimè Ioan. Honor. lib. 2. *summ.*
in Decret. omnes sub hac rubr. & part. 3. repet. in iure
Canonico ad secundum Decretalium librum, Paul. de
Eleazaris.

De materia tituli vide Brunor. à Sole *in locis com-*
muni. verbo, confessio, Cardof. in praxi iudicum, eod.
verbo, Bellacomb. Soar. Villalob. & alios, tom. 2. com-
muni. opin. lib. 7. tit. 19. de confessis, Nau. tom. 1. consil.
sub hoc tit. Sayr. in floribus decis. sub eod. Mascard. de
probat. concl. 45. cum seqq. Rendina in promptuario re-
cept. sentent. tom. 1. tit. 11. Galganet. *de iure publico,*
lib. 2. tit. 33. Card. Tufsch. *pract. concl. lit. C. concl. 634.*
cum seqq.

In gloss. rubr. ibi, cum confessio non sit proprie proba-
tio, sed probationis releuatio. Vide Perez l. 5. *vers. sic igitur,*
tit. 8. lib. 3. Ordin. pag. 645. Mich. Grass. *tom. 1. com-*
muni. opin. lib. 4. tit. 9. n. 181. pag. 507. Valdef. *ad Xuar.*
in §. sed pulchrum, n. 2. pag. mibi 134. Brunor. à Sole d.
verbo confessio 31. Cardof. *eodem verbo 35.* Immo est ma-
ior probatio, quam omnes alie probationes, Marfil.
sing. sing. 201. n. 2. & sing. 257. Menoch. *conf. 21. n. 14.*
Ioseph. Sesse *Aragonia decis. 125. n. 31.* & est omnibus
melior, Bald. *conf. 102. proponitur quod in quadam, cel. 2.*
lib. 2. Crauer. conf. 61. n. 3. & conf. 171. n. 4. Aret. *conf. 48.*
videtur primo, n. 3. Alex. *conf. 117. visa inquisitione, in princ.*
lib. 4. Card. Tufsch. lit. C. concl. 645. Syluan. *conf. 62. n. 1.*
Menoch. *remed. 1. recup. n. 217. & seq. Rota decis. 401.*
n. 4. apud Farin. p. 2. *recent. Gama Lusit. decis. 165. n. 2.*
Anton. Monach. *Bozon. decis. 21. n. 8. & decis. 55.*
num. 25. & 26. Florent. *decis. 1. num. 99.* vbi citat.
Surd. *conf. 60. n. 1. & conf. 143. n. 39.* Mascard. *de probat.*
concl. 1326. n. 4. Surd. *de aliment. priuile. 10. n. 11. tit. 8.* &
superat omnes probationes, l. cum te, c. de probat. l. ge-
neraliter, c. de non numerata pecun. Marant. *de ordin. iu-*
dic. p. 6. art. 5. à num. 23. Surd. *decis. 10. num. 12.* habet
vim publicæ scripturæ, Parif. *conf. 99. num. 12. lib. 2.*
Q 3 Roland

Roland. *conf. 6. num. 26 lib. 3. Mascard. concl. 1326. n. 4.*
 Flamin. *de resignat. benefic. lib. 11. q. 14. n. 2. & 73.*
 Valaf. *de iure emphyt. q. 7. n. 27. Gam. Lust. decis. 43. n. 1.*
 Cald. Pereira *de potestate eligendi. c. 7. n. 21. imò est fortior probatio quam ea, quæ sit per testes, vel instrumenta, Roland. conf. 71. n. 41. & conf. 75. n. 4. vol. 2.*
 Cranet. *conf. 61. n. 1. & conf. 171. n. 4. Card. Tusch. d. concl. 645. n. 8. Mascard. de probation. in pr. am. q. 7. n. 1.*
 Sigism. Scac. *de appellat. quest. 17. limit. 9. sub numer. 20. vers. limita; facit enim rem notoriam, Mascard. concl. 1326. numero 4. Cardos. verbo, confessio iudicialis, num. 36. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 142. n. 9. & 10. Farin. in praxi crimin. quest. 21. num. 31. Cald. Pereira de potestate eligendi, cap. 7. n. 2. sanaturque omnes defectus processus, Scac. d. tract. de appellat. q. 11. num. 139.*

SUMMARIVM.

1. *Pœna aliqua non est alteri infligenda, ad solum delictum consentientis crimen proprium, infamato tamen est indicenda purgatio.*
2. *Conuictus de crimine, aut illud confessus interrogari non potest de sociis occultis criminis, quorum nulla sit infamia, nullaque indicia adsint.*
3. *Complices in quibus casibus teneatur conuictus de crimine declarare, ostenditur.*
4. *Confessio delinquentis adversus socium aliquam facit presumptionem & indicium.*

CAP. Cùm monasterium I.

Clem. III.

Quando vnus, v.g. Sacerdos confitetur se commississe crimen, v.g. homicidij suggestione aliquorum, si aliter veritas non probetur, illi, qui dicebantur suggestisse, non sunt aliqua pœna puniendi, quia secundum ius de se confessus non est interrogandus de conscientia aliorum, & talis confessio non est admittenda contra aliquem, excepto crimine læsæ maiestatis; sed si illi de hoc essent infamati, iniungi debet singulis vt cum tribus aliis eiusdem Ordinis se purgent. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Bald. Panor. Butr. Anch. Cujac. Viuiam. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 131. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 249. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2.

2 *Super aliorum conscientia interrogari non debent.* Notatur ad hoc quod conuictus de crimine, aut illud confessus interrogari non potest de sociis occultis criminis, quorum nulla sit infamia, nullaque indicia adsint, nec aliqua probatio, vide Caiet. tom. 1. opuscul. tract. 31. in resp. 5. dub. 1. & 2. item & 2. 2. q. 69. artic. 2. Vbi Salon. controu. 8. dub. 2. & Petr. de Arag. dub. 3. ac Bannes dub. 1. concl. 2. Sot. de iustit. lib. 5. quest. 6. artic. 2. concl. 5. & in releit. de regendo secreto, memb. 1. q. 6. concl. 1. dub. vltim. & concl. 4. Nau. in man. cap. 18. num. 58. & 59. & in cap. inter verba 11. quest. 3. concl. 6. corol. 49. n. 48. & concl. 51. num. 589. Tolet. instruat. Sacerd. lib. 5. cap. 58. Emman. Sà in aphorism. verbo, iudicium, §. de reo, Menoch. de arbitr. casu 474. num. 18. Boer. decis. 319. Mascard. de probat. concl. 1311. n. 1. Farin. in praxi crimin. quest. 43. n. 1. Sayr. in clauis Regis, lib. 12. c. 17. n. 5. Fr. Francisc. Coriolan. Capuc. in tract. de casibus reseruariis Regul. p. 2. casu 5. de reo n. 26. Aldrete de religioſa disciplina tuenda, lib. 1. c. 11. n. 14. vbi etiam cum Farin. Mascard. & Menoch. citatis locis

resoluit quod si reus interrogetur de socio in eo casu quo interrogari non debet, eius depositio contra socium indicium non facit.

Verum in multis casibus limitatur huius text. conclusio, veluti si complices sint nocui reipubl. vt hæretici, strigæ, conspiratores contra Principem, vel Prælatum, sacrilegi, simoniaci, publici latrones, & falsæ monetæ fabricatores, nam in his casibus confitens crimina tenetur etiam declarare complices, si iuridicè de illis interrogetur, ita Nau. Sot. & alij citatis locis aduertens Coriolan. vbi proxime n. 28. quod Confessarij tenentur monere delinquentem, vt de sociis denuntiet, alias si eum absoluant, peccant, cum impenitentem absoluant: sic etiam delinquens tenetur socium propalare si peccatum à se commissum esset talis conditionis, vt sine socio non possit fieri, sicut est peccatum sodomiticum, fornicatio, &c. nam tunc potest index simpliciter interrogare de socio, Coriolan. d. n. 28. in fine, vbi num. 29. resoluit quod index potest de socio interrogare, quando interrogat non vt index, sed vt pater ad finem corrigendi, & non puniendi.

In glos. Confess. in fin. ibi, *sed quantum ad presumptionem*, &c. Collige ex glossa confessionem delinquentis adversus socium aliquam facere presumptionem, & indicium, sequuntur Innoc. n. 2. apertius Abb. n. 6. & 8. Imol. n. 2. & alij in præfenti, gloss. in verbo, *peregisse*, in cap. quoniam. 3. vbi Dec. n. 11. de testib. communis ex Clar. §. fin. q. 2. n. 5. plures, quos refert Menoch. de arbitr. casu 474. n. 24. Sed contrariam sententiam tenuerunt Bald. in præfenti n. 2. & in l. quoniam liberi, notab. 2. c. de testib. Salicet. in l. fin. vbi gloss. in verbo, *conscientia*, c. de accusat. Alex. conf. 89. à num. 10. lib. 3. Ruin. qui dicit communem, conf. 147. lib. 6. num. 1. in fine, Dec. conf. 189. à num. 7. Hippol. sing. 209. & conf. 78. n. 17. Fulgol. conf. 136. asserit receptum Ias. conf. 12. n. 1. vol. 1. Roland. conf. 73. num. 6. & 20. lib. 1. Clar. refertur alios, §. fin. quest. 2. n. 5. Menoch. d. num. 24. Pro qua sententia facit text. in præfenti, ibi, *nulli confitemus pœna*, &c. quod quidem verbum, *pœna*, de pœna latè sumptò vocabulo intellegendum est, propter verbum, *nulli*, arg. text. in l. Iulianus, ff. de legat. 2. & ita de illa, quæ importat aliquam passionem, quamvis ordinetur ad veritatem indagandam, & consequenter carcerem etiam importat, ex text. in l. 3. in fin. ibi, *pœna ff. de custodia reorum*, ad quam pœnam ille, adversus quem confessio processit erat condemnandus propter dictum delinquentis, si ex illo aliquid indicium resularet, ac proinde cum text. hic dicat, *nullam pœnam illi esse imponendam*, necessariò videtur dicendum tale dictum delinquentis nullam presumptionem, nullumve indicium efficere Non obstat ratio huius text. illa enim rectè accommodata est regulæ præcedenti, quæ intelligenda est non tantum quoad plenariam probationem, sed etiam quoad indicium; & sic intelligendus est text. hic, quatenus agit de pœna non imponenda, non solum de illa provt importat satisfactionem criminis, sed etiam provt importat aliquam corporis passionem, vel lationem personæ, vt supra dictum est, id quod aperte videtur significare dictio vniuersalis, *nulli*, qua text. vititur, quæ quidem omnem pœnam excludens, aliquam non admittit, arg. text. in l. Iulianus, aliàs restatorem, ff. de legatis 3. Nec etiam obstat l. Diuus Adrianus, 6. ff. de custodia reorum, ibi, *cum apprehenderint latrones, interrogent eos de sociis*, &c. & in d. cap. quoniam, ibi, *cum quibus peregisse dicitur*, quia procedunt in criminibus gravissimis, & in Reipublicæ præiudicium tendentibus, in illis enim delinquentis interrogatio

non tanquam testimonium, cui aliqua sit fides adhibenda, sed solummodo ad iudicis informationem, & certiorum veritatis investigationem ad aliquos iuris effectus, sic alius in *cap. sicur 9. de testibus*, recipitur testimonium periurij, & ita inhabilis ad investigandam veritatem, & tamen text. *ibidem* fatetur nullatenus illi credi, neque aliquod indicium, aliquamve præsumptionem sufficere.

S V M M A R I V M.

- 1 Simoniacus est deponendus per sententiam iudicis ab omni officio, & beneficio Ecclesiastico. Item si quis confiteatur crimen in iudicio incidenter, potest index ordinarius novum inchoando processum illum punire pœna ordinaria.
- 3 Simonia committitur tam per dantes, & accipientes, quam per agentes, & consentientes.
- 4 Confessio incidenter facta non sufficit ad imponendam pœnam ordinariam.
- 5 Pœna depositionis ab omni beneficio, & officio Ecclesiastico imponitur pro simonia conventionali.
- 6 Confessus crimen puniri non potest, nisi de crimine constiterit per sententiam diffinitivam.
- 7 Confessio facta in uno iudicio an probet in alio contra confitentem? remissive.
- 8 Confessio incidenter emanata de crimine, ad quod principaliter non agebatur, non est sufficiens ad condemnandum.

CAP. Cùm super. II.

Innoc. III.

- 1 Simoniacus est deponendus per sententiam iudicis ab omni officio, & beneficio Ecclesiastico. Item si quis incidenter confiteatur aliquod crimen contingens causam principalem, index potest novum inchoando processum illum punire pœna ordinaria, etiam si directè contra eum non ageretur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Henric. Bald. Panorm. Host. Butr. Cujac. Vin. in rationi. secundi libri iuris Pontificij, pag. 133. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 250. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Antoni. Aug. collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 10. c. unic. & que hic sub hoc infra desiderantur, inuenies in c. cum super, de causa possess. & propr. & vide addita ad c. i. in fine de except. 2. Quingentorum Saracenorum. Vide Roch. de iure pat. verbo, vile, q. 3. n. 11.
- 3 Et mediator exitit simoniacæ pravitati. Notatur ad hoc quod confessio incidenter facta non sufficit ad imponendam pœnam ordinariam, potest tamen index inchoare novum processum, & adducere illam confessionem ad probationem delicti, vt per Corfet. sing. confessio incidenter.
- 5 Ab omni beneficio, &c. Notatur ad hoc quod pœna depositionis ab omni beneficio, & officio Ecclesiastico imponitur pro simonia conventionali, vt per Tolet. in instruct. Sacerd. lib. 5. c. 93. quem refert, & sequitur Aldrete de religiosa disciplina iuuentutis, lib. 2. c. 16. §. 5. n. 49.

Per diffinitivam sententiam, &c. Quia confessio criminalis non nocet, nec ex ea confessus puniri potest, nisi de crimine constiterit per sententiam diffinitivam, Boll. in pract. tit. de delictis, n. 13. Bernard. & Salzed. reg. 125. Bonacof. tom. 2. comm. opinio. lib. 7. tit. 19. num. 231. pag. 298. Malcard. de probat. concl. 344. num. 6. & concl. 154. Farin. in praxi crimin. q. 2. a. n. 7. Cardof. in praxi iudicium, verbo, confessio, num. 1.

In gloss. Confessus ibi, coram iudice suo, &c. An confessio facta in uno iudicio probet in alio contra confitentem? vide Valasc. conf. 33. à n. 1. Farin. Rot. Rom. decis. 56. & ibi addit. in p. 4. suorum operum, & decis. 276. n. 6. in nouiss. prime collect. & iterum decis. 158. n. 11. p. 1. recent. Mendez à Castro in praxi Lusitana, lib. 3. c. 12. n. 14. Et facta in vna causa quando noceat in alia inter alias personas, vide Surd. decis. 309. n. 4. & decis. 325. n. 12.

In ead. gloss. ibi, Sed nonne iste, &c. Notatur ad hoc quod confessio incidenter de crimine emanata, ad quod principaliter non agebatur, non est sufficiens ad condemnandum, vt per Angel. in l. si confessus n. 3. ff. de custod. reor. Malcard. de probat. concl. 351. num. 21. cum seqq. & concl. 383. num. 1. & ex num. 5. Farin. in praxi crimin. q. 81. cap. 7. num. 216. Buccaron. de different. inter iudicia civilia, & crimin. different. 39. num. 1.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio facta in iure per æconomum Ecclesiæ, nocet ipsi Ecclesiæ, potest tamen renocari si ante finitum negotium dicatur per errorem facti emanasse.
- 2 Confessio facta in iudicio sine causa valet.
- 3 Confessio facta extra iudicium probat semiplenè, & num. 10.
- 4 Confessio facta per errorem facti potest renocari, dum causa non fuerit finaliter terminata.
- 5 Confessio erronea non nocet confitenti.
- 6 Confessio renocari an possit ante litem contestatam.
- 7 Confessio facta in iudicio plenè probat.
- 8 Confessio iudicialis illa dicitur, quæ fit coram iudice pro tribunali sedente in causis requirentibus plenam cognitionem, non autem coram actuario, vel rebellione.
- 9 Confessio facta in libello, vel p-stitutionibus nocet confitenti.
- 10 Confessio extrajudicialis in quibus casibus plenè probet, ostenditur.
- 11 Confessio parte præsentè facta quando probet, ostenditur.

CAP. Ex parte. III. & ult.

Gregor. IX.

Negotium quando nondum est finitum, error facti nemini nocet, & sic causa non finita confessio æconomi ex errore facti, si constat, non præiudicat Ecclesiæ. Colligunt ex Ordinari. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola. Anania, Panormit. Anchar. Host. Bald. Butr. Henric. Cujac. Vivian. in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag. 133. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 250. remissive Ximen. in concord. part. 1. & 2. & part. 3. repet. in iure Canonico, lib. 2. Decretalium, Paul. de Eleazaris.

Notatur hic text. ad hoc quod confessio facta in 2

Q 9 4 iudicio

- iudicio etiam sine causa valet, Rebuff. in tractatu nominat. quest. 12. num. 17. Surd. decis. 100. n. 14. Mascard. de probat. concl. 345. num. 16. Guttier. de iuram. confirm. part. 1. cap. 47. num. 15. habetque vim donationis, Tiraquel. in l. si inquam, C. de reuocandis donat. verbo, donatione largitus, num. 352. Si verò facta sit extra iudicium, probat semiplenè, Bellacomb. tom. 1. comm. opin. lib. 6. tit. 19. num. 211. & 217. pag. 297. Mascard. d. concl. 345. num. 26. Nisi fuerit iurata; quia tunc plenè probat, itavt reuocari iam non possit. Mascard. d. concl. 245. num. 16. Guttier. d. cap. 47. n. 14. Brunor. à Sole in locis communib. verbo, confessio, n. 28. Probata etiam per duos testes de iure Canonico sufficit, Felin. in c. si cautio n. 37. de fide instr. Pute. decis. 12. n. 3. lib. 1. Rot. decis. 4. n. 1. p. 1. diuers. Gregor. decis. 408. n. 1. præsertim ad liberandum, gloss. in l. non solum §. si iberrationis, ff. de liberat. legat. & in l. postquam liti, in verbo renuntiare, C. de palli. Anton. Gabr. commun. tit. de confess. concl. 1. num. 22. Pute. d. decis. 12. in fine lib. 2. & fuit dictum in Imolen. pecuniaria 1. Iulij 1628. coram Card. Virili. Duo autem hi testes de confessione extra iudiciali testificantes debent esse contestes de loco, tempore, & verbis, Hieronym. Gabr. conf. 40. n. 15. 16. 17. & per tot lib. 2. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 44. à num. 52. Seraphin. decis. 172. num. 5. Rot. decis. 64. num. 4. & 6. post 2. volum. consil. Farin. & decis. 700. num. 33. p. 2. recent. & in Romana domui 1. Decembris 1622. coram bonæ memoriæ Patriarcha Manzanedo, & in Romana mutui 5. Martij 1619. coram R. P. D. Durand in qua fuit dictum testes ad probandum confessionem extraiudicialem sufficere si sint contestes de loco, licet non de tempore, quia identitas temporis deducitur ex iuris præsumptione Item sufficit quod testes in substantia confessionis probandæ conveniant, etiam si in cortice verborum discordare videantur Surd. conf. 12. num. 43. 45. & 47. Rot. in Viterbien. bonorum 20. Martij 1628. coram R. P. D. Merlino, Ferentil. in annot. ad decis. 458. Buratti, n. fine.
- 4 Nemini noceat error facti, &c.] Notatur ad hoc quod confessio facta per errorem facti, tam partis, quam Advocati potest reuocari dum causa non fuerit finaliter terminata, Cardos. verbo, confessio. n. 21. tunc enim erronea, confessio non noceat contententi.
- 5 Mascard. concl. 178. & etiam si fuerit geminata probato errore potest reuocari, l. 1. ibi, sapienter computatus, C. de errore calculi, Mascard. concl. 347. n. 48. & seq. & concl. 378. n. 2. Qualiter autem error facti sine alieni, siue proprii ad renocandam confessionem sufficiat post gloss. 1. in l. 3. de confessis, vbi Bart. à n. 6. vide Padil. in l. error, à n. 51. ff. de iuris, & facti ignor. vbi Iason. n. 21.
- 6 In gloss. Confessus, ibi, post litem contestatam. Ergo confessio reuocari potest ante litem contestatam, gl. n. l. qui familie, ff. famil. heres. de Mascard. concl. 347. n. 18. Bernard. Graux. ad practic. Camer. Imper. concl. 79. consid. 1.
- 7 In ead. gl. ibi, Item in iudicio. Notatur ad hoc quod confessio facta in iudicio plenè probat, & præiudicat, Duen. reg. 302. limit. 2. Mascard. concl. 348. Surd. decis. 309. n. 14. Card. Tusch. l. C. concl. 641. & habet vim sententiæ, & rei indicatæ in civilibus. Mascard. concl. 344. Illa dicitur iudicialis confessio, quæ fit coram iudice pro tribunali sedente in causis requirentibus plenam cognitionem, Mascard. concl. 344. n. 7. Vnde non dicitur confessio iudicialis, quæ fit coram actuario, vel tabellione etiam altera parte præsentem, si index non ad sit, gloss. fin. in l. iubemus 4. C. de liberali. causa, quam sequitur Iason. in l. iurandum 17. §. pupillus, n. 11. ff. de iur. iur. resoluunt Bernard. reg. 125.


Buccaron. de differ. inter iudicia civilia & crimin. different. 14. in fine, Tirag. de retractu lig. §. 36. gloss. 2. n. 54. Flamin. de resign. benef. lib. 2. q. 3. n. 15. Mascard. concl. 349. n. 6. Soar. de Pace in pract. tom. 1. p. 56. §. 4. n. 1. Vnde etiam inferitur confessionem factam in libello cum dicatur facta in iudicio, nocere contententi, Bellacomb. tom. 1. comm. opin. lib. 1. tit. 1. n. 70. pag. 282. Menoch. conf. 395. n. 61. Mascard. conf. 347. n. 16. & concl. 368. Bernard. Graux. d. concl. 79. à n. 8. Aym. con. 201. n. 5. Rota decis. 353. n. 2. apud Farin. p. 2. recent. Card. Tusch. d. lit. C. concl. 946. Stephan. Gratian. Marchie decis. 19. num. 21. Camill. Borrell. in summa omnia decis. tit. 49. num. 164. Sic etiam confessio facta in positionibus nocet, Mascard. d. concl. 347. num. 16. Stephan. Gratian. d. decis. 19. num. 21. & illa, quæ fit in charta securitatis præiudicat, Rebuff. in tract. except. à num. 114. Guillem. in cap. Raynuius, de testam. verbo, mortuo il. 1. num. 337. Menoch. de arbitrarie. casu 279. & illa, quæ fit in articulis, l. cum precum, C. de liberali. causa, Mascard. concl. 368. n. 1. Cabed. Lusit. decis. part. 2. decis. 79. num. 2. non verò illa, quæ fit in allegationibus iuris, Ioseph. Ludou. decis. 115. num. 16.

Confessio extraiudicialis non probat, nisi semiplenè, Soar. tom. 2. communium opin. lib. 7. tit. 19. n. 248. pag. 299. Mascard. concl. 340. num. 5. Duen. reg. 120. Brunor. à Sole d. verbo, confessio 14. Cardos. ead. verbo 3. Ioseph. Ludou. Ferus decis. 9. num. 1. & decis. 82. num. 1. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 142. num. 7. Marant. de ordine indic. p. 2. in 5. actu, num. 1. vers. si vero confessio, Anton. Gabr. communium opin. lib. 1. tit. de confessis conclus. 1. num. 53. Viuian. comm. opin. lib. 1. opin. 138. latè Decian. conf. 62. num. 61. & seq. lib. 3. Buccaron. de different. inter iudicia civilia, & crimin. diff. 14. n. 2. Primò limita si fuerit facta præsentem parte, quia tunc extraiudicialis confessio plenè probat, Donat. à Fin. tom. 2. communium opin. lib. 7. tit. 19. num. 171. pag. 295. Mascard. concl. 346. Cardos. verb. confessio, num. 5. Guttier. de iurament. confirm. part. 1. cap. 54. num. 19. Anton. Monach. Lucensi decis. 11. num. 11. Farin. in praxi crimin. quest. 82. num. 5. vbi quod sufficit ad condemnandum Anton. Scap. de iure non scripto lib. 3. tit. de confess. & confess. cap. 70. Seraph. decis. 1488. num. 3. Buccaron. d. different. 14. num. 1. Secundò limita si fuerit geminata, quia tunc habet vim iudicialis confessionis, Brunor. d. verbo, confessio, num. 20. Ioseph. Ludou. d. decis. 9. num. 4. Surd. decis. 10. num. 8. Guttier. d. cap. 54. num. 6. Farinac. p. 4. decis. 89. num. 5. & 11. addit. litera C. & conf. 28. in addit. lit. B. & in praxi crimin. quest. 82. num. 13. & 14. Buccaron. d. tract. de differ. inter iudicia, & civilia crimin. differ. 15. num. 7. Tertiò limita pro pia causa, Tirag. de privileg. pia causa, priuileg. 12. & 116. Denique limita si sit iurata, Foller. in praxi crimin. in verbo, & si confitebuntur p. 2. n. 31. Farinac. d. q. 82. n. 19. Buccaron. d. tract. different. 16. Surd. decis. 309. n. 13. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 93. n. 4. Rota decis. 158. n. 12. apud Farin. p. 1. recent. vbi etiam quod confessio extraiudicialis adimiculata plenè probat, & n. 11. quod confessio extraiudicialis de aequitate canonica plenè probat contra contententem.

Intellige supradicta procedere in civilibus, nam in criminalibus siue parte præsentem, siue absente extraiudicialis effluat confessio, faciet tantum indicium ad torturam contra contententem, vt per Roman. conf. 177. col. 2. Bernard. reg. 125. vers. 8. fallit, Bald. in l. quoniam intelligitur, ad fin. ff. de his qui not. infam. Marant. d. actu 5. num. 3. vers. sed in criminalibus. Anton. Gom. var. lib. 3. tit. de torm. reorum, num. 8. Mascard. de probat. concl. 349. num. 6. Gabr. d. concl. 1. num. 54. Buccaron.

Buccaron. d. differ. 22. num. 3. vbi differ. 35. num. 8. resoluit quod confessio extrajudicialis etiam geminata non plenè probat in criminalibus, & differ. 36. idem dicit de confessione extrajudiciali etiam iurata.

- 11 In ead. gloss. ibi, Item quod adversarius sit presens, alias non nocet. Dixi sup. n. 10. vers. 1. limita. Ut verò inducat plenam probationem requiritur, quod sit facta non solum parte presente, sed etiam acceptante, Charian. tom. 2. com. opin. lib. 7. tit. 19. n. 266. pag. 301. Brunor. à Sole d. verbo, confessio, n. 3. & 38. quia confessio non acceptata minimè nocet, Menoch. conf. 374. n. 54. Flamin. de resign. lib. 10. q. 8. n. 3. & acceptari potest pro parte, & pro parte non, Brunor. dicto verbo, confessio 1. Guttier. pract. lib. 3. q. 9. n. 33. Cald. Pereira de empt. c. 19. n. 43. Confessio sine causa non probat, de quo latè dixi ad cap. si cautio, de fide instrument. vide Mascard. concl. 345. vbi n. 19. quod non valet sine parte presente, sine acceptante: limitatur tamen si confessio facta sit in iudicio, quia tunc valet sine causæ expressione, Mascard. d. concl. 345. n. 16. Guttier. de iuram. confirm. p. 1. c. 47. n. 15. Rebuff. de nominat. q. 12. num. 17. vbi num. 24. sublimat in arbitrio; limitatur etiam si confessio sit iurata, quia tunc plenè probat, nec renocari potest, Mascard. d. concl. 345. n. 36. Brunor. à Sole verbo, confessio, num. 28. Guttier. d. cap. 47. num. 14.



De Probationibus.

TIT. XIX.



UPER hanc rubr. scripserunt Collect. Zabab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anch. Bald. Panorm. Felin. Barbat. Aretin. Mantu. Mynsing. Compstelt. in breuiario sanctorum Canonum, Guillelm.

Durand. in breuiario aureo iuris Canon. fol. 60. verso, Petr. de Rauenna in compend. iuris Canon. Martin. Mefmart. in epitome Decret. fol. 64. Dan. Venat. in analysi method. iuris Pontificij, à pag. 239. Goffred. & Host. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Anastas. Germon. in paratulis ad quinque libros Decret. Lancelot. in instit. Canon. Barth. Carthag. in expositi. tit. iuris Canon. Zipz. in analytica potestati iuris Pontificij narrat. pag. 134. Canis. in summa iuris Canon. Cafar. in erotem. eiusdem iuris, nouissime Ioan. Honor. lib. 2. sum. in Decret. omnes sub hac rubr. & p. 3. repet. in iure Canonico ad secundum Decret. librum Paul. de Elezariis, & Ioan. Baptista Ferret.

De materia huius tit. vide Guillelm. Durand. in speculo iuris, lib. 2. sub hoc tit. Kirchou. Soar. Villalob. & alios tom. 1. comm. opin. lib. 4. tit. 9. Donel. comment. iuris Civilis lib. 25. c. 1. Perez ad rubr. tit. 11. lib. 3. Ordinam. Soar. de Pace in pract. tom. 1. part. 1. temp. 8. Morla in emporio iuris Civilis, part. 1. tit. 11. Cur. Philip. p. 1. §. 17. verbo, pruzus, Amat. Roder. in pract. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, cap. 7. de forma probationis, Nanar. tom. 1. cons. sub hoc tit. Sayr. in floribus decisionum sub eod. Rendina in promptuario recepti. sent. tom. 1. tit. 9. Galganet. de iure publico, lib. 2. tit. 29. & 30. & de probationibus integros, & absolutos edidere tractatus, Iacob Mascard. & Fuluius Pacianus.

SUMMARIUM.

- 1 Nemo tenetur querere in suis scriptis ea qua contra se sunt, & illa in medium proferre.
- 3 Papa ex vi Pontificalis officij habet sufficientem potestatem super omnia negotia secularia, quando id expedierit inter Principes ad quietem, & confirmationem, & Ecclesie defensionem, & ad bonum spirituale.
- 4 Princeps ex contractu inito cum subdito efficaciter obligatur.
- 5 Contractus sunt de iure gentium, & non insunt sub potestate Regis, vel Imperatoris.
- 6 Princeps naturaliter, & civiliter obligatur ex contractu cum subdito celebrato.
- 7 Obligatio per Principem ex conuentione contracta, adeo valida est, ut nec ipse, nec eius successor, sine per electionem, sine per successionem possit suum contractum, vel predecessoris sui infringere.
- 8 Princeps non potest contrarium cum subditis celebratum in totum, vel pro parte renouare, nec modum, aut conditionem ei adicere.
- 9 Princeps non potest renouare privilegia, seu concessionem illas, que in naturam, & ex contractu transeunt, vel pro quibus pecunia interuenit, vel conceduntur in recompensationem meritorum.
- 10 Princeps debet habere unum calanum, & unam linguam, & esse immobilis sicut lapis angularis, & sicut polus.
- 11 Princeps data iusta causa potest contractum à se cum subdito celebratum limitare, etque modum, & conditionem prescribere.
- 12 Instrumentum productum ex archiuo publico facit fidem.
- 13 Instrumenta propria contra se non tenetur reus in iudicio conuictus actori petenti edere, nisi sit fauor Ecclesie.

CAP. Ex epistolæ. I. Gregor.

Nemo tenetur querere in suis scriptis ea, quæ contra se sunt, & illa in medium proferre, Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabab. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anch. Imol. Anan. Host. Butr. Panorm. Bald. Innoc. Felin. Dec. Barbat. Henric. Mantua, Mynsing. Aretin. Cujac. Hieron. Fernandez de Ottero, Cened. collect. 167. Mant. Quintil. Mandos. Antonius Perez Nauarrete, & Franc. de Sanabria, Viu. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 125. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 251. remissiuè Casal. in annor. & Ximen in concord. p. 1. & 2. & p. 3. repet. in iure Canonico ad secundum Decretalium librum, Ioan. Baptista Ferret. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 2. titul. 12. cap. 1. nouissime Ioan. de Valboa in annua Academ. prælectionib. Salamantic. tom. 2. pag. 232. cum seqq.

In superscript. ibi, Gregor. Tancredo Regi VVestria. In emendationibus codicibus legitur, Recaredo Regi VVestgorthorum, desumitur hic text. ex lib. 1. epist. 226. in registro epistolarum Diui Gregorij, in qua Epistola agitur præter alia de fœdere, & pactis initis Athanagildi Regis Gothorum Hispaniæ cum Imperatore Iustiniano, quæ referunt Ambros. de Morales in historia Hispania, lib. 2. cap. 4. optimè Valdes. de dignitate Regum, regnorumque Hispania, cap. 8. num. 13. At Anton. Perez Nauarrete in repet. huius text. n. 6. & 27. & Franciscus de Sanabria ad hunc tit. de probat.